AENEAS SILVIUS PICCOLOMINI. LAURENTIUS VALLA. FLORUS. FESTUS RUFIUS

Österreich (Wien), 2. Hälfte 15. Jh. (1480er Jahre?) Seite 94r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31395
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



tandem bello finis impositus apud
insulas quibus nomen Aegates. Nec
maior alias in mari pugna. Quippe
comeatibus exercitu propugnaculis armis
gravis hostium classis et in ea quasi tota
kartago quod ipsum exitio fuit. Romana
classis prompta levis expedita et quodam
genere castrensis ad similitudinem pugne
equestris sic remis quasi habenis agebatur
et in hos vel in illos mobilia rostra
speciem viventium preferebant. Itaque mo
mento temporis lacerate hostium rates
in totum inter siciliam sardiniamque pe
lagus naufragio suo operuerunt. Tanta
denique fuit illa victoria ut de excidendis
hostium moenibus non quereretur. Super
vacuum visum est in muros arcemque
sevire cum in mari iam esset deleta
kartago;

Bellum ligusticum

Peracto punico bello secuta est brevis
sane et quasi ad recipiendum spiritum requies
argumentumque pacis et bona fides
cessantium armorum. Tunc primum pro
nunciam clausa iam porta fuit sed
statim ac sine mora patuit quippe
iam ligures iam insubres. Galli
nec non illirici lacessebant. Sic de
subalpibus i. de supinis italie faucibus
gentes deo quodam assidue incitante
ne rubiginem ac situm scilicet vel
arma sentirent denique utrique quotti
diani et quasi domestici hostes tirro

porta clausa

sub